



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XV. Vt diacones non offerant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI
314.

fuerint deprehensi, & de his quos ordinauerint ratio subsistit, non illis obsit ordinatio. Et quoniam multi sunt qui contra Ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, omnino non admittantur, nisi vt supra diximus, actis publicis docuerint*.

* omni se
suspicio-
ne care-
re.

X I V.

¹ De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos vsque ad exitum non communicare.

X V.

De diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

X V I.

De his qui pro delicto suo a communionem separantur, placuit vt in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco communionem consequantur.

X V I I.

* concul-
cet.

Vt nullus Episcopus alium Episcopū * inculcet.

Iuo Parr. v.
cap. 228.

X V I I I.

De diaconibus vrbicis, vt non sibi tantum præsumant, sed honorem presbyteris reseruent, vt sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

X I X.

De Episcopis peregrinis qui in vrbem solent venire, placuit eis locum dari vt offerant.

Iuo Parr. v.
cap. 216.

X X.

De his qui vsurpant sibi quod soli debeant Episcopos ordinare, placuit vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis.